

*Tercia*⁵⁾ species principalis fuit *sortilegium*, que est tertia pars principalis sciencie *magice* vel divinative et fit per verba incantativa in collectione ossium mortuorum, que exercetur a pessimis hominibus et a vetulis
 50 nugatis maxime, unde est *nygromancie*. Quarta species dicebatur *prestigium* et est *delusio sensuum humanorum*, que faciunt apparere de calamo *trabem* in collo galli trahentis, et faciunt de calamo *colubrum*, et de presente quod sit *absens* et de *sedente* quod sit *ambulans* et huiusmodi. Quinta species dicitur *maleficium* et est sciencia malefaciens vires animalis
 55 et vim eius *privans simpliciter vel ad tempus* et ista utuntur vetule quando reddunt viros impotentes, sicut eciam iura scribunt „De frigidis et maleficiatis“⁶⁾. Sed⁷⁾ quamvis per istas artes magicas habeatur aliqualis noticia futurorum, tamen homo plerumque decipitur in illis et spiritus fallax fallaciter consulit in illis. Quapropter Romana curia inhiuit illas.
 60 Que tamen illarum vitande sunt et que non, pulcherrime docet dominus Albertus in „Speculo astronomie“, ubi ponit inicia librorum et nomina auctorum et approbat libros approbandos et reprobans eciam reprobandos⁸⁾.

Alia vero est sciencia nobilis et amabilis valde, per quam predicere possumus futura ex futuro influxu vel futura coniunctione astrorum, que
 65 dicitur *astrologia*; gracia cuius assumpsi verbum aperiendo propositum: *Optimus astrologus* etc. In quo quidem verbo Ptholomei duo tanguntur: primum est astrologie uno modo, quod astrologus multum malum prohibere potest, secundum est ipsius utilitatis modalitas, quia: sic enim ei pronunciet etc. Primum scilicet ipsius astrologie puta, quod possit precavere
 70 multa mala et offerre bona, patet auctoritate Ptholomei⁹⁾ in primo de circulo visuali, ubi sic dicit: Quid autem nobilius quam celi¹⁾ noscere veritatem, augmentamus namque bona et mala descidimus imperio rationis, et subiungit: O quam utilis est humanis rebus cognicio futurorum. Ex qua auctoritate patet, quod per scienciam astrologie nos augmentamus bona,
 75 supple: videntes victoriam futuram principis possibilem^{k)}, tunc predi-centes sibi illam possibilitatem augmentamus bona eius et descidimus mala, et sic de consimilibus. Et descidimus mala, quia astrologus videns futuram constellationem malam et sciens nativitatis¹⁾ horam, potest ei

j) verb. aus res

l) nativitatem Hs.

k) principum possibilitatem Hs.

⁵⁾ Quelle bis Z. 55: wie Anm. 3.⁶⁾ X 4. 15.⁷⁾ Zitat wie Anm. 3.⁸⁾ Albertus Magnus (?) Speculum astronomiae, ed. A. Borgnet, Alberti Magni Opera omnia Bd. 10 (1891) S. 629—650.⁹⁾ Vorlage bis Z. 73: wie Anm. 3.